Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift

totus ut pars eius effulgeat. Et qualis uideri solet cum plenus est luminis talis est
magnitudine. Sed umbram quandam lumine suo uiduatus apparet. Inde
cornua eius refulgent. Qua corpus eius in orbem diffundit. Sed uelut deficiente por-
tionis luce sinuat. Mouere autem potest quid ait fiant luminaria ad illumi
nationem superiorem quid discernant inter diem. In noctem. Qua et super iam ubi lumen fecit
dicitur separauit dominus inter lucem et tenebras. Et factum est uespere et mane dies unus. Sed
esiderem quia aliud est lumen diei. Aliud lumen solis. Iunge et lumen stellarum. Eo quod
sol ipse radius suus fulgore diurno lumini uideat adiungere quid uel ortus
diei potest prodere uel occasus. Ita ante sol lucet quidem sed non refulget dies. Quam
plus quoque meridiano sole resplendet. Quid ostendit ppha dicens. Et educet
sicut lumen iusticiam tuam. Iudicium tuum sicut meridiem. Non solum enim lumini sed
etiam meridiano lumini sci iusticiam comparauit. Inde non solum unum signum
sed etiam duo uoluit esse diurne discretionis atque nocturne. Ut lux diei dis
cretionem faciat. Ipsius exortus. Et iterum lucis defectus et stellarum ortus in
occasum diei distinguat et noctis exordium. Ita ubi occidit sol. manet
tamen adhuc aliquid reliquarum diei. Donec tenebre iam opiant. Tunc lu
na ortus et stelle. Et de nocte quidem apte liquet. Qua lune et stellarum illumi
natio noctis spacia testantur. Si quidem prodiem fulgorem illum lunarem stellarumque
omnium sol exortus abscondit. De die autem ipsa solis flagrantia docere nos
potest diuersam diurni luminis. Ipsius esse naturam. Et ipsam speciem esse discolorem.
Simplex enim lucis est species ut lumen pbeat. Ut sol non solum uirtutem in lumi
nandi habet. Sed etiam uaporandi. Igneus est enim. Ignis autem et illuminat
et excurit. Vnde dominus uolens moysi ostendere suae operationis miraculum.
quo moysen ad obediendi studium puocaret atque ad fidem inflamaret eius
affectum. Insigne iussus est in rubo. Et rubus non excurebatur sed tantum splen
dere ignis specie uidebatur. Alterum quoque mundi ignis uacabat. Altum ope
rabatur. Vacabat excussionis usu. Operabatur illuminationis. Idcirco stupebat
moysses. Qua extra naturam suam ignis non excurebat rubum. Quem etiam uehemen
tem materiem consueuit excurere. Sed dni ignis illuminare solet. et
urere non solet. An forte dicas quid scriptum est. Ego sum ignis consumens.

Et mane